



Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel


Parisiis, 1679

I. Disputatur de Auctore Prophetiae, quae Baruchi nomen praefixum gerit.
Barucho ipsi adscribitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

Sic Valerius Flaccus dixit de Amazone, quam sagitta Hercules occiderat : *Herculea* Val. Flacc.
mox vulnera prensa sagitta.) nos tamen, contra horum omnium auctoritatem, Librum in- libr. 3.
 tercidisse judicamus. Nam & postremo hoc capite, & reliquis etiam, Urbis ac re-
 gionis vastationem, & communem patriæ interitum manifeste luget, quæ in Josiae fu-
 nere minime contigerunt. Vel hoc qui affertur versu, etiam si demus captum dici pos-
 se qui occisus est, fatendum tamen est aptius id congruere in Sedeciam, qui captus
 est, non occisus, & cuius captivitatem direptio Urbis consecuta est; quam in Josiam,
 qui occisus, non captus est. Huc addé statim post cædem Josiae næniam à Jeremia
 super eo casu scriptam videri, cum post captum Sedeciam, & excisam Urbem, eas
 scripsit Lamentationes, quæ ad hoc tempus pervenerunt.

V. At venire in dubium potest postremum Threnorum caput, quod Oratio Je- Refelluntur
 remia vulgo appellatur; nam neque Lamentatio est, & à Theodoreto, qui Librum argumenta
 explanandum suscepit, caput istud est prætermissum. Verum et si caput ipsum La- A dverfa-
 mentatio non est, Lamentationum tamén clausula est, qua post deploratas misérias
suis Deum orat Propheta, ut condonatis demum popularium suorum noxis gentem
 suam restituat in integrum, & pristinis sedibus reponat. Nam quod ad Theodore- gumentum.
 tum spectat, itane tandem ex Interpretum diligentia aut arbitrio pendebit sacrorum
 Voluminum *γνωστός* & auctoritatem? Jam ergo incerta erit viginti posteriorum Jeremiæ
 capitum fides, quia priora tantum triginta duo, reliquis omisssis Hieronymus exposuit.
 Jam ergo nutabit & fides totius Lamentationum operis, quod in Aquilæ & Theo-
 dotonis Interpretationibus omnino non habebatur. Temere sane à reliquo Threno-
 rum opere partem hanc segregare tentaveris, quam & Ebraicum exemplar, & Se-
 ptuaginta Senum interpretatio, & Chaldaica, & Syriaca, & Arabica, & Hierony-
 mus quoque ab eo non se Jungunt.



DE PROPHETIA BARUCH.

- I. Disputatur de Auctore Prophetie, que Baruchi nomen prefixum gerit.
 Baruchus ipsi adscribitur. II. Disputatur de Auctore Syriaca Baruchi Epistole.
 Scripta esse conjicitur à Christiano aliquo, Syrie monacho. III. Probatur Pro-
 phetia Baruchi *γνωστός* & antiquitas. IV. Refelluntur argumenta Adversa-
 riorum. Primum argumentum. V. Secundum argumentum. VI. Tertium ar-
 gumentum. VII. Quartum argumentum.

I. AUCTORIS nomen præ se fert ipse Liber : *Et haec verba Libri, que scri- Disputatur*
psit Baruch, filius Nerie. Notat & tempus : *In anno quinto, in septimo die de Auctore*
mensis, in tempore quo ceperunt Chaldei Ierusalem, & succenderunt eam igni : hoc est, *Prophetia,*
quincunx annis post cladem Hierosolymitanam ; nec enim alio referri potest id quin- que Baruchi
quenam ; non ad Sedeciam, qui undecim jam annos regnaverat, cum excisa sunt *nomen prefi-*
Hierosolyma ; non ad Nabuchodonosorem, qui imperium obtinuerat, etiam ante *xum gerit.*
quam Judæorum regnum Sedecias capessivislet. Tum etiam significat exordium Libri, *Baruchus ipsi*
*quorum causa sit jucubratus : Et legit Baruch verba Libri hujus ad aures Iechonie, filii *adscribitur.**
*Joakim, regis Iuda : notat & locum : Et ad aures populi, à minimo usque ad maximum eo- *Bat. 1, 2, 3, 4.**
rum omnium habitantium in Babyloniam, ad flumen Sodi. Ex his ergo & sequentibus patet Baruchum librum hunc prælegisse Iechoniae regi, reliisque Judeis, qui in Babylo-
 nia captivi detinebantur; ab iisque ad Joakimum, Helcia filium, Sacerdotem, cæte-
 rosque à Nabuchodonosore in patria relictos missum fuisse. Tunc autem ab his capi-
 tis primi verbis duxisse videtur initium : *Domino Deo nostro iustitia, nobis autem confu- Bat. 1, 35.*
fio facie nostræ. Superiora vero à Baruchus ipso præfixa subinde fuisse crediderim. Hic ipse porro Baruchus est, Jeremiæ discipulus & amanuensis, quem Josephus nobis Joseph libr. 10.
 illissima ortum familia, & patria lingua præclare eruditum fuisse ait: quem tamen va- cap. 11.
 ticipandi facultatem à Deo minime consequi potuisse colligit Maimonides ex Jere- R. Mo. ben.
 miæ capite quadragesimo quinto, variasque repulsæ hujus causas comminificatur; Maim. More
 quarum vanitatem, præter falsam Baruchi Epistolam, quæ inter Syros celebratur, nevoch, liber. 2.
 vel unus ille quem habemus Baruchi liber abunde refellit; qui à pro Jeremianis præ- cap. 32.
 ceptionibus instituto, assidueque ejus comite, convictore, ac librario scriptus, haud Bar. Epist. Syr.
 fecus quam Jeremiæ vaticinium censi debet: uti re ipsa habitus est a multis, qui cap. 1.
 ejus testimonio sub Jeremiæ nomine usi sunt. Porro hunc, itidem ut Jeremiam, Hier. libr. 7, in
 ronymo teste, tradunt Ebrei, priusquam Nabuchodonosor Ægyptum caperet, imminentem Iba. cap. 30.
 captivitatem morte vitesse; cum alii tamen ex eodem Judæorum grege ipsum affirmant

PROPOSITIO IV.

216

Thalm. Megil.
cap. 1.

Babylone mortuum esse & sepultum, duodecim annis post Hierosolymitanum excidium; quemadmodum habetur in Megilah, & apud R. Abrahamum Zacuth in libro Juchafin. Qui vero Baruchum Jeremias amanuentem à Barucho libelli hujus Auctore distinguunt, egregie halucinantur; cum uterque dicatur Neriæ filius, & aetates convenient.

Disputatur
de Auctore
Syriace Ba-
ruchi Episto-
le. Scripta ef-
se coniunctur à
Christiano
alio, Syria
Monacho.

II. Fertur & inter Syros, ut dixi, Epistola Baruchi, quam omnino suppositam diccas. Ita vero de futuro Judicio, & futura vita peccatis ac cruciatibus disserit, ut Christiani hominis factum esse omnino existimat, aliquis fortasse ex his Monachis, qui Syriæ deserta primis Ecclesiæ temporibus magno numero incoluerunt. Nugatora sunt quæ de Angelis narrat, à Deo missis ad convellendas Hierosolymitanas arcæ ac incensia, & abscondenda Templi vasa, ne hac polluerent hostes, & à se fuisse destruenda illa gloriarentur. Scripta fingitur ad novem tribus ac dimidiæ, trans Euphratem deportatas, ne hanc Israëlitæ gentis partem negligentes videbatur Baruchus, qui alios à Nabuchodonosore Babylonem adductos, & reliquias populi in Iudea manentes alloqui & adhortationibus suis, altero Libro descriptis, ad pietatem & penitentiam erexerat. Scripta fingitur post Hierosolymitanum excidium, quod post eamdem calamitatem Baruchi liber fuerit compotitus. Quo quidem argumento colligitur pro certo habitum fuisse priscis temporibus, Prophetiam Baruchi editam fuisse, non longum post abductum Jechoniam, quod volunt quidam, sed etiam post Sedenianam cladem. Capite secundo hujus Epistola scripta hæc leguntur: *In hunc etiam modum scripsi fratribus nostris Babylonem, & ipsis quoque hæc eadem contemtor. Quibus ipsum Baruchi vaticiniorum librum notatum esse credi potest: quod tamen non est ita; nam Syriæ fictitiam hanc Epistolam, primam Epistolam appellant; Librum vero vaticiniorum Baruchi, secundam Epistolam: nempe quod prior illa non multo post Hierosolymæ direptionem fingatur scripta, cum e Palæstina nondum excessisset Baruchus; vaticinia vero, toto ab ea clade quinquennio. Præterea vaticiniorum Liber, epistola non est ad Jechoniam misa, sed liber ipsi, aliisque exilibus Babylone praefectus.*

Probatur
prophetia Ba-
ruchi vinci-
tia & anti-
quitatis.
Bar. 1. t. 16, 17.
Dan. 9, 7, &
seq.

III. Huic autem lucubratione consequens aetas testimonium praebuit: nam ipsum operis exordium, quod olim, ut dixi, ab his verbis petebatur: *Domino Deo nostro iustitia, nobis autem confusio faciei nostra, sicut est dies hæc, omni Iuda, & habitantibus in Ierusalem; Regibus nostris, & principibus nostris, & Sacerdotibus nostris, & Prophetis nostris, & Patribus nostris. Peccavimus ante Dominum Deum nostrum, & non credidimus diffidentes in eum; cum sequentibus, Prophetæ sua accedit Daniel: ait enim: Tibi, Domine, iustitia, nobis autem confusio faciei, sicut est hodie, viro Iuda, & habitantibus Ierusalem, & omni Israël, his qui prope sunt, & his qui procipi, in universis terris ad quas ejecisti eos, propter iniquitates eorum, in quibus peccaverunt in te. Domine, nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris qui peccaverunt: tibi autem Domino Deo nostro misericordia & propitiatio, quia recessimus a te, & non audivimus vocem Domini Dei nostri, ut ambularemus in Lega ejus. Reliqua prætermitto. Horum germana sunt ista Nehemias, & indidem deponit: *Nunc itaque, Deus noster, magne, fortis, & teribilis, custodiens pacum & misericordiam, ne avertas à facie tua omnem laborem, qui invenit nos, Reges nostros, & principes nostros, & Sacerdotes nostros, & Prophetas nostros, & patres nostros, & omnem populum tuum, à diebus Regis Affl., usque in diem hanc. Et tu justus es in omnibus que venerunt super nos, quia veritatem fecisti, nos autem impie egimus. Reges nostri, principes nostri, Sacerdotes nostri, & patres nostri non fecerunt Legem tuam, & non aterunt mandata tua. Scriperat Baruchus: Quid locutus est Dominus super nos omnia mala hæc, que venerunt super nos: & non sumus deprecati faciem Domini Dei nostri, ut revertemur unusquisque nostrum à viis nostris peccatis: & vigilavit Dominus in malis, & adduxit ea super nos: quia justus est Dominus in omnibus operibus suis, que mandavit nobis; & non audivimus vocem ipsius, ut iremus in preceptis Domini, que dedit ante faciem nostram: ea sic retulit Daniel: *Sicut scriptum est in Lega Moysi, omne malum hoc venit super nos, & non rogavimus faciem tuam, Domine Deus noster, ut reverteremur ab iniuriantibus nostris, & cogitaremus veritatem tuam. Et vigilavit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos. Justus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit; non enim audivimus vocem ejus. Pergit Baruchus: Et nunc, Domine Deus Israël, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu valida, & in signis, & in prodigiis, & in virtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen, sicut est dies iste. Peccavimus, impie egimus, inique gessimus, Domine Deus noster, in omnibus iustitiis tuis: pergit & Daniel: Et nunc, Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti, in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc, peccavimus, iniquitatem fecimus: item hoc ipso capite: Peccavimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, & recessimus, & declinavimus a mandatis tuis ac judiciis: his adiunxit Nehemias nono capite: Et dedisti signa atque portenta in Pharaone,***

1. Eli. 9, 32,
& seq.

Bæ. 2, 7, &
seq.

Dan. 9, 13, &
seq.

Bæ. 2, 11, &
seq.

Dan. 9, 15.

Dan. 9, 15.

2. Eli. 9, 10.